



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

34. De his quos parentes ab infantia clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habeant nubendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

piam de monasterij rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis qui se deinceps nequaquam subtulerint ab illicitis.

De his quos parentes ab infantia clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habeant nubendi. *Ex Concilio Toletano cap. CXIX.*

Concil. Tolet.
1. c. 1.

* sub

XXXIV. De his quos voluntas parentum à primis infantiae annis divinis ministeriis tradiderit id statuimus observandum, ut mox detonsi vel ministerio lectorum traditi fuerint, in domo Ecclesiae * ab episcopali praesentia à praeposito sibi debeant erudiri. Liberum tamen propriae voluntatis arbitrium habeant, ubi se clericatus officio mancipari elegerint. At ubi octavum decimum aetatis suae annum compleverint, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab Episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, & professionem castimoniae suae absque conjugali necessitate sponderint servaturos, hi, tanquam appetitores artissimae vitae, levissimo Domini jugo subdantur; ac primum subdiaconatus ministerium habeant, quod à probatione professionis suae à vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac si inoffensè vicesimum & quintum aetatis suae peregerint annum, ad diaconatus officium, si scienter implere possent ab Episcopo comprobantur, promoveri possunt.